Cajetanus Comes Baluffi Patritius Anconitanus et Balneoregiensis, Dei et Apostolicae
Sedis gratia Episcopus Balneoregii, Prȩlatus Domesticus, et Pontificio Solio Assistens

Universis et singulis prȩsentes litteras inspecturis fidem facimus, atque testamur, quatenus
Nos ad majorem Dei Omnipotentis gloriam, Sanctorumque suorum venerationem, dono de=
dimus atque elargiti fuimus: particulas ex ossibus S. Nicolai Episcopi et Confessoris, S. Aloy=
sii Gonzagae Confessoris, S. Lucię Virginis et Martiris, et S. Franciscę Fremiot de Chantal
Vid; quas, legitime recognitas, reposuimus et collocavimus in theca argentea ovalis figu=
rę, ab utraque parte crystallo, nostroque Episcopali sigillo in cera rubra hispanica a poste=
riore munita, ac cordula seu filo serico coloris violacei colligata, cum facultate poenes
se retinendi, aliis donandi, et in quacumque Ecclesia vel privato Oratorio fidelium vene=
rationi exponendi et collocandi. In quarum fidem has praesentes nostra manu subscri=
ptas, et firmatas sigillo, per infrascriptum nostrum secretarium expedivi mandavimus.

Datum Balneoregii ex Curia Episcopali die 26 Julii 183sexti

Cajetanus Epis.^{us} Balneoregii

Thom Salluc[illegible] secretis

ARCHIVO HISTÓRICO
Universidad de La Sabana
CIPRIANO RODRÍGUEZ SANTA MARÍA

79

ARCHIVO HISTÓRICO
Universidad de La Sabana
CIPRIANO RODRÍGUEZ SANTA MARÍA